



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Delibrii piaculum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Porcorum immolatione plenius quædam apposuisse, ab eo autem quod super delirio nuper attigeramus, incipiam.

DELIBRII PIACULUM. CAP. XXIX.

Immolari siquidem Porcum ab laborantibus infania, verborumque delirio, multificius Plautus indicat Menachmis:

*Nunc ipsi natura Deo mihi respondeas
Adolescens, quibus hic pretiis Porci venenunt,
Sacres, sinceri nummum unum en à me accipe,
Jube te piari de mea pecunia:
Nam ego quidem insanum esse te certo scio.*

In eandem sententiam Horatius Sermonibus:

Immolet equis Hic Porcum Laribus?

quod is infania minime laborare videretur, qui dives, neque perjurus, neque sordidus haberetur.



SACRIFICIUM. CAP. XXX.

Sed tamen multis porro mysteriis Porcus sacrificari solitus, ut animalium soli Sues *ἱεῖαι δὲ τῶν ἱεῖων*, quod immolare est, meruerint appellari: Latine sacres teneri adhuc: & in veteri comædia Sues mystერიци nuncupantur, eaque laudatissima erat hostia, si quis inventus esset Porcus, qui solidas ungulas, non divisas haberet. Quod ne cui mirum videatur, sciendum est, ex Aristotele, in Macedonia Æmatheolicas Sues unguibus esse solidis.



SACRAMENTUM. CAP. XXXI.

Porcus in
juramento
adhibitus.

Per Porcum sane jurare Agamemnonem apud Homerum legitimus. Et pugiles certamen inituros juxta Horcii Jovis statuam in Elide mactato Porco jurare solitos, sine fraude sese comparasse, tradit Pausanias. Quinetiam iudices præfectosque certaminum eodem sacro, & apud eandem statuam jurasse tradit. Nulli vero Porcum illum, per quem illi jurassent edere licuisse: quare Talthibius Homericus Porcum, quem Agamemnon pro juramento statuerat, arreptum in mare præcipitem dedit. Addemus & illud, Censores Romanos completo quinquennio lustrari solitos, sacrificia de Sue, Ove, Tauro facientes, quæ unica ditione SOLITAUROLIA vocabantur, ut obiter apud Pædianum in Divinationem corrigas, quod duabus locutionibus distitum legitur in vulgatis codicibus, *Soli Taurilia*. Cereri autem Porcus, uti dictum, in primis mactabatur, sive quod pastu segetum & dissipazione, magnas arvis inferat clades, ut apud Ovidium,

2. Fest.

— *Prima putatur*

Hostia Sus meruisse mori, quia semina rostro

Erucrit pando, spemq; interceperit anni.

sive conciliandæ fecunditatis gratia, cum animal sit (ut id identidem repetamus) sceturæ admodum prolifica: Adhiberi sane sacrificio Cereali Porcam auream & argenteam nuncupatam, ait Atteius Capito: quæ etsi numero hostiarum non sint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam. Propudiatu vero Porcus dictus est, idem asserit Capito, sacrificio gentis Claudia velut pulpamentum & exolutio omnis recontractæ religionis est. Sed ut ad fœdus revertamur, Porco etiam cæso sacra fieri solita, quotiens inter populos confecto bello, vel pax fieret, vel fœdera confirmarentur. Sed quod Virgilius fœminino genere, *Casa jungebat sedens Porca*, dixerit, Quædam (ait Quintilianus) non tam ratione quam sensu judicantur: ut illud, *Casa jungebat sedens Porca* fecit elegans fictio nominis: quod si fecisset Porco, vile erat. Quod vero Servius ait falso dictum à Virgilio, Porca, quod ad hoc sacrificii genus Porcus adhiberetur, Tranquillus in vita Claudii, cum Regibus